



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Bonifacivs Ep. 14. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

dis? Quid ad hæc suaviludii nostri, qui nunquam  
in Dei causâ se meminere fatigatos? Ex Metaphr.

Si aeterna bona sub aspectum caderent, itemque  
supplicia veritatis agniti & desertoribus parata, nul-  
lius alterius rei desiderium teneret jam terra subli-  
miores, & prateriti temporis aucta recolentes cum la-  
erymis, donec Dei gratia calesti nos sponsos jungent.

Ex dictis S. Pachomij.

S. BONIFACIUS EP. 14. Maij.

**P**vlchre BONIFACIVS omnes nominis sui na-  
meros implevit, puer jam multorum pater,  
nunc sine praetextâ, nunc etiam sine interula ad  
matris sinum redux, & verò jactabundus etiam,  
quod tam exiguis panniculis totum CHRISTVM  
potuisset tegere. Furum tamen jam tum vel ma-  
xime damnavit, eo que vulpes, quæ subducere ma-  
tri gallinas amabat, ad precantis pedes redire co-  
eta, & rapta reddidit, & facinus morte sponte luit.  
Iam domi sive messem sive vindemiam habere illi  
cum libuit, licuit. Inde cum ditiones annonam fla-  
gellarent, matris omne frumentum in pauperes  
sparsit. Sed fementem hoc erat facere. Nam cum  
mater irasceretur tam prodigo, ad ejus preces subi-  
ta seges totum horreum complevit. Sub hæc cum  
spem vindemiae ditionis grando dejecisset, Anti-  
stes jam Ferentinus pauxillum vini, quod legerat,  
in omnes testas, ac dolia divisit, precando deinde  
tantum non exundare fecit. Certè vasculum mero  
plenum Gothi duo ex itinere accepisse se putave-  
rant coenæ forte unius illecebram. Sed nimium  
cellam illi promptuariam circumferebant, non  
minus etiam, cum viam relegissent, divitem. Fuit  
cum bene egenis facturus ipse egeret, & duode-  
cim aureos, nepotis peculum, prodigeret. Verum  
cum

Maij. VITÆ S A N C T O R U M . 243  
cùm ei nepos vchementius succenseret , ab īmagi-  
ne DEIPARÆ totidem alios tulit. Recepit itaque  
suum nepos , plus utique accepturus, si fœnorimo-  
tam dedisset. Ex Dial. S. Greg.

Magnares homo , & pretiosa vir misericors. Hæc  
major gratia; quā mortuos resuscitare: multò nam-  
que majus est, esurientem pascere Christū, quām in  
nomine IESV mortuos suscitare ; nam illic tu de  
Christo bene mereris; hic autem ipse de te. S. Chrys.  
hom. 36. ad Pop.

S. P O N T I V S M. 14. Maij.

PONTIVM vides, cuius operā factum est, ne mil-  
lesimus Romanæ urbis annus dæmonibus  
consecraretur; quod futurum iidem, PONTIO ad-  
huc matris ventre abdito , permisso Numinis,  
agnoverunt. Iulia, id mulieri nomen fuit, Marci  
senatoris Rom. uxor, eo grāvida, delubrum subie-  
rat, cùm repente Flamen furiis incitatus, concerptā  
mitrā, hostem Deorum adesse exclamavit, uterum  
detestans in perniciem Iovis fœcundum. Iulia  
vaticinatione perculta , factum necquidquam de-  
pellere abortu institit, nato etiam vim allatura, ni-  
si pater vetuisset; utiq; enim Diis ad unum puerum  
perendum satis fore virium. Contigit deinde,  
PONTIVM, audito Christianorum carmine , quo  
Deorum vanitas irridebatur , Religionis amore  
capi; haustam etiam patri instillavit , purgataque  
à Deorum larvis domo , primum id formidatæ à  
dæmonibus indolis specimen dedit. Patris mortui  
dignitate aditā , Philippis Imp. familiari usū con-  
junctus est, qui cùm in millesimum urbis annum  
sacrificium Diis pararent , ab ea mente PONTIX  
sacrifice Numini Romanum Imp. dedicarunt, Valeria-

L 2.

no